BEDA VENERABILIS. CONSTITUTIONES CONCILII LATERANENSIS IV (1215)
Zwettl, um 1180/1218 Seite 11r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31717
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



incolomes custodiat dilmi filii. Data die decimo kalendarum augustarum.
imperante mauricio tyberio piissimo augusto eiusdem principis anno tertiodeci
mo. indict. quartadecima.

Misit tunc quoque iam isdem uene xxiiii
randus pontifex ad etherium arelatensem archiepm. ut augustinum
brittanniam per gentem suscipet benigne. litteras. quarum iste est textus. Reueren
tissimo et sanctissimo fratri etherio coepo. Gregorius seruus seruorum dei. Licet apud
sacerdotes habentes deo placitam karitatem religiosi uiri nullius commendatio
ne indigeant. quia tamen aptum scribendi se tempus ingessit. fraternitati uestre nostram
mittere scripturam curauimus. insinuantes latorem presentium augustinum seruum
dei de cuius certi sumus studio cum aliis seruis dei illic nos pro utilitate animarum au
xiliante domino direxisse. quem necesse est ut sacerdotali studio sanctitas uestra adiu
uare et sua ei solatia prebere festinet. Cui quoque iam ut promptiores ad suffragandum
possitis existere. causam uobis inuenimus subtiliter indicare. scientes quod ea cog
nita. tota uos propter dominum deuotione ad solandum. quia res exigit comodetis. Can
didum preterea presbiterum communem filium quem ad gubernationem patrimonialis ecclesie nostre
transmisimus. karitati uestre in omnibus commendamus. Dominus te incolomem custodiat
reuerentissime frater. Data die kalendarum augustarum imperante mauricio tyberio
piissimo augusto. anno tertiodecimo eiusdem principis. indictione. xiiii.ma

Coboratus ergo confirmatione beati patris gregorii augustinus xxv.
cum famulis xpi qui erant cum eo rediit in opus uerbi. peruenitque brittan
niam. Erat eo tempore rex edilberehtus in cantia potissimus. qui ad confinium humbri
fluminis maximi quo meridiani et septentrionales anglorum familiarum sexcentarum
quam a continenti terra secernit fluuius uantsumu. qui est latitudinis circiter trium sta
diorum. et duobus tantum locis est transmeabilis. Utrumque enim caput protendit in
mare. In hanc ergo applicuit seruus domini augustinus et socii eius. uiri ut ferunt
ferme xl.ta Acceperunt autem de gente francorum interpretes. precipiente beato pa
pa gregorio. Et mittens ad edilberehtum mandauit se uenisse de roma. ac
nuntium ferre optimum. quia sibi obtemperantibus eterna in celis gaudia. et regnum
sine fine cum deo uiuo et uero futurum sine dubietate promitteret. Qui hec audi
ens manere illos in ea quam adierant insula. et eis necessaria ministrari.
donec uideret quid eis faceret iussit. Nam et antea fama ad eum xpiane religi
onis peruenerat. ut pute qui uxorem habebat xpianam de gente francorum no
mine berehtam. quam ea conditione a parentibus acceperat. ut ritum fidei ac reli
gionis sue cum epo quem ei adiutorem fidei dederant nomine Luithardo.
inuiolatam seruare. haberet licentiam. Post dies ergo aliquot. uenit ad insulam